

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si  
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas  
Semper Adest**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 9. Eques Neapolitan[us], contra Clemente[m] VI. & Philippum Pulchrum  
ius è cælo petit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](#)

ab Omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum, restituet eis. Vere enim Deus non condemnabit frustra, nec Omnipotens subuertet indicium. Cæsarrem posuit iudicem reliquorum, in causis ciuilibus; ipse Cæfaris est iudex in omni cauſa. Quoniam Dominus dominorum est, Apoc. 17.  
& Rex regum. 14.

§. IX.

*Eques Neapolitanus, contra Clementem VI.*

*& Philippum Pulchrum ius è cælo petit.*

Immo vsq; adeò, Isaiæ testimonio, Ex- Isa. 5. 16.  
alabitur Dominus exercituum, in iudicio, &  
Deus sanctus sanctificabitur in iustitia, vt, si  
vel ipsorum Maximorum Pontificum aures  
iustissimis defensionibus obstructæ sint, ipse  
audiat, ad cælum vociferantes, *Innocentes*  
*se accusari, damnari, maſtari.* Nam vt non  
repetam, quod de Clemente. V. & Inno-  
centio IV. supra recensui, annotauit Ful-  
gosus, equitem Neapolitanum, ex Templa-  
riorum ordine atque coetu vnum, cum alijs  
Sodalibus suis, vltimo supplicio addictum,  
ad Clementem VI. & Philippum Pulchrum  
Franciæ regem, supplicij sui authores, &c, è  
fenestra, spectatores, exclamasse: *Quando*  
*mihi, inter mortales, nullus iam superest, ad*  
*quem*

Fulgo-  
sus. l. 1.  
c. 6. Me-  
ierus l. 2.  
Annal. &  
l. 17.  
Chron.  
Mass. O-  
nuphrius.  
in pp.

Roman.  
histor.  
Vide  
Martinū  
Delr. lib.  
4. Dis-  
quisit. c.  
4. q. 4.  
scđ. 1.

Isa. 49.  
25.

Psal. 2. 10.

Iob. 6. 29.

quem appellem ; ad iustum indicem Christum , qui nos redemit , appello , ut ante eum tribunal , intra annum & diem , vos sistatis , ubi caussam meam exponam . Intra id tempus , vterq; præmatura morte abreptus in diuinum ius ambulauit . Et Clemens quidem repente mortuus est , Philippus autem , non multò post , habuisse etiam se mortem in procinctu , sensit . Neque calculus temporis huic historiæ obstat , cui Meierus , Christianus Massæus , & alij consentiunt , qui Papam & regem eodem Anno 1314 tradunt obiisse , illum 20. April. hunc 29. Nouembris . Nimurum non vanè , per Isaiam , dixit maximus iudex : *Hos , qui iudicauerunt te , ego iudicabo.*

### §. X.

*Ius sape orari , contra potentes , & exorari , ad certa tempora , & temporum momenta.*

Hinc discite , & nunc , reges , intelligite : erudimini , qui iudicatis terram . Subiiciuntur vobis etiam innocentes ; si eos opprimitis , si iniuste iudicatis ; habent alium iudicem , ad quem appellant , cui vestra & illorum vita , iuxta est . Itaque id , quod iustum est , iudicate ; neque sperate , iudicium de vobis diu procrastinandum ; aut mortem adhuc mul-